

¶ Debbe qui leggersi il Corner XII, 241, seqq.
965) Millesimo trecentesimo sexagesimo septimo,
die XII mensis Novembris. Ibid. ad Cart. X. Res-
ponsio Ill:^mi Ducis ad dictum Capitulum.

Super quinto Capitulo de Ecclesia S. Marci res-
pondetur: Quod jam quingentis annis & ultra, in
quo tempore fuit conductum corpus S. Marci Ve-
netias, & ædificata Ecclesia prædicta, ipsa Eccle-
sia fuit Capella Ducatus Venetiar. ornata multis
rebus nostri Communis propter reverentiam & de-
votionem corporis prædicti, pro cuius Ecclesiæ æ-
dificatione & consecratione, & pro conservandis
rebus & thesauro nostri Communis, Terra nostra
tunc providit, & sic successive perseveravit in eli-
gendo duos de maturioribus & solemnioribus No-
bilibus Venetis, qui vocantur Procuratores Capellæ
prædictæ, deputati ut dictum est ad ædificationem
& conservationem ipsius Capellæ, & ad conser-
vandum thesaurum nostri Communis. Illi vero quos
Episcopus Castellanus in capitulo suo nominat Ca-
nonicos ipsius Ecclesiæ, non sunt Canonici, immo
Capellani Ducatus Venetiar. & Primicerius dictæ
Capellæ semper a principio usque modo fuit con-
firmatus per Duces Venetiar. Insuper omnes ex-
pensæ quomodolibet necessariae pro dicta nostra Ca-
pella, quæ sunt ad maximam summam, fiunt per
dictos Procuratores de bonis Communis Venetiarum.

¶ Sub anathemate inhibemus, dice il Patriarca
Egidio nel suo Sinodo Provinciale del 1296, Ca-
none XXV, ne laici, exceptis Procuratoribus S.
Marci, procurationes super bonis Ecclesiarum admi-
nistrandis ulla tenus intromittant. Ughelli V, 1444.
B. Quando dunque altre ragioni non vi fossero, i